Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

117

mannum levavit, atque se intra Tridentinum castellum re-
tellans communivit. Factum id anno 657. et biennio post
crudelis tyrannus Alahis interiit, et Cunibert adjuvante
Domino victoriam cepit, Tirolum reversus. Anno 700
Cunibert, ut habet idem Paulus l. 6, c. 17. abhac luce sub-
tractus est — regnumque Langobardorum Luitberto fi-
lio adhuc puerilis ætatis reliquit: cui tutorem Ansoran-
dum virum sapientem et illustrem contribuit. Jam ex
hac narratione ~~ad~~ observatu dignum est, Comitem seu
Gravionem Bajoariæ ~~Bat~~ Bauzanum et vicina ca-
stella regentem fuisse maximæ potestatis virum. Dux
ipse fuerit, an ejus vicem gerens Gubernator aliquis;
non contendo: mihi ~~tamen~~ prius vero videtur similius. [Quid-
quid tamen sit; certe Bauzanum locus tunc ~~ad~~
~~Athesim principuus~~ non ignobilis fuit, utpote sedes
Comitis Bajoariæ. Hunc locum ab Alahi ex-
pugnatum ac devastatum esse, indubium. Aliorsum
ergo fugiendum Comiti, seu potius Duci, fuit. Quor-
sum autem? Majas anno 664 nondum fuisse civi-
tatem, observavi supra Addit. 56. eadem anno 720
civitatem fuisse, ex Strabone infra ~~probabitur~~ patebit.
Medio igitur tempore in urbem evasere: Qua occasione, [nisi quia a Duce] Bojoariæ australis in sedem
electa, ampliata, ~~civibusque~~ incolisque referta est?
Tempus, quo id contigit, certo quidem non con-
stat: commodissima tamen occasio hac videtur
fuisse, qua Theodobertus Dux Bauzano vastato
Majas fugit, sedemque stabilem fixit. † De Ma-
jamm situ et antiquitate vide supra Addit. 19.

[Duces et Comites eo tempore promiscue dictos fuisse; ex Strabone colligo, qui Tridentinum Ducem Anfingum Comitem appellat ~~in~~ vita S. Corbiniani c. 12 et 17. Cl. Beretta apud Roschmannum de orig. Fund. Stamsens. antiquitus voces Marchionis, Comitis et Ducis ad idem significandum fuisse usurpatas, art.

~~a Duce~~ ocasione potius, quam dum a Duce Bojoaria australis in sedem electa, ampliata, munita, civium que frequentia aucta sunt? Majas, inquit Aventinus l. 3, c. 8, colonia Bojorum fuit in ripa Athesis, ubi nunc Tyrolium et Merania cubant, in villas abiit, quæ nomen retinent.

† Roschmannus Val. Mss. p. II, c. 3: Es muss sich selber Zeit Bozen, so Paulus diaconus Bauzanum nennet, nach der unglücklichen Schlacht, wo dieser sich alldort aufhalten, der Landgraf von dem Longobardischen Herzoge Alahi überwunden worden, etwa auch mit gelitten, und sich auch nicht scholet gehabt haben.

87) Catalogus Episcoporum Brixinensium apud Lechnum Annal. Sab. Sec. VII § 2: qui tamen Lechnius, Constantinum cum S. Constatio confundendum, Matrinum vero expungen-

[Anonymi Scriptor an. 872.

[et Hansizius Germ. s. t. II, in S. Ruperto.

Obitus S. Ruperti in VI Cal. Apr. quo festum Resurrectionis Domini incurrebat, refertur; adeoque in annum 718. Theodonem Ducem ante S. Ruperti obitum; nusquam clare apparet: licet eum ind ante hujus Sancti mortem decubuisse testetur Liber Donationum Salisburgensium.